

23

10.6.1946

*Il procuratore generale della Società sacerdotale della Santa Croce, Alvaro del Portillo, chiede alla Sacra Penitenzieria Apostolica la facoltà che i membri dei due rami dell'istituto possano ricevere l'assoluzione generale in particolari feste dell'anno.*

Beatissime Pater,

Sac. Alvarus del Portillo, Procurator Generalis *Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis*, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, quae sequuntur humiliter exponit:

Maximum est Congregationibus privilegium Apostolicum ut nempe, statis per annum diebus, religiosi Absolutionem generalem recipient a censuris et a pena pro peccatis iam confessis forsan debita, quo purius ferventiusque praecipua Ecclesiae festa celebrent deque eorum celebratione maiorem spiritualem fructum referant. Plurimum ergo memoratae Societatis interest ut tanto spirituali bono (quo vel saeculares Tertiorum Ordinum fruuntur) et ipsa, modesta quidem et humilis, perfruatur.

Quapropter Orator humillime a Sanctitate Vestra petit ut concedere dignetur quod Sodales utriusque rami (1) eiusdem Societatis Absolutionem generalem, sub formula ne reminiscaris, a Leone XIII, s. m., per Suum Breve *Quo Universi* diei 7 iulii 1882, approbata, a Superioribus vel ab aliis sacerdotibus ab ipsis deputatis impertendam, accipere valeant in sollemnioribus diebus festis D. N. Iesu Christi et B. Virginis Mariae necnon in festis Inventionis et Exaltationis Sanctae Crucis (titularis Societatis), Maternitatis B. M. Virginis, Sollemnitatis S. Ioséph, S. Michaëlis Archangeli, Omnim Sanctorum, SS. Petri et Pauli Apostolorum et S. Ioannis Evangelistae (Protectoris), SS. Angelorum Custodum et 14 februarii (anniversarium fundationis) (2) et insuper ultima die anni spiritalis recessus (3).

Et Deus...

Alvarus del Portillo

Romae, 10 iunii 1946.

Archivio della Sacra Penitenzieria Apostolica, posizione n° 8303/46.

(1) I due rami della Società dovrebbero essere: la Società sacerdotale della Santa Croce e l'*Opus Dei*, la prima costituendo l'istituto approvato dalla Sacra Congregazione dei Religiosi; la seconda, l'opera annessa.

(2) Per ulteriori precisazioni sulla data del 14 febbraio, indicato come anniversario della fondazione, cf. la nota n° 10 dell'articolo nonché il doc. n° 22.

(3) La richiesta di Alvaro del Portillo reca, sullo stesso foglio e vergata a mano, la commendatizia del p. Arcadio Larraona, CMF, con queste parole: «*Preces benignitati S. P. commendantur. P. Arc. Larraona, CMF, Romae 10.VI.1946.*